



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in præcedentibus Editionibus
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

Luxemburgi, 1741

9. Ecclesiæ Catholicæ, &c. Motus proprius Sanctissimi D.N. Benedicti
Papæ XIII. Pro inclusione Clericorum Civitatis, & Diœcesis Cæsenaten. in
Collegio Juristarum ejusdem Civitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74514)

1725.

que in præfenti anno Jubilæi, anno fcilicet remiffionis, & gratiæ, quem ad totius Catholice Ecclefiæ confolationem, atque ædificationem, apertis, atque largiter prolatis fpiritualium gratiarum difpenfationi noftræ divinitus creditarum thefauris, indiximus, & benedicente Domino, maximo cum animi noftri gaudio celebramus, pietatis noftræ viscera erga Regulares profelfionis fuæ defertores aperire, eoque ad Chrifti Ovile, fuos videlicet cujufque Ordines, extra quos Luporum rapacium inlidis, atque periculis expofiti mirabiliter vagantur, quantum divina benignitas largiri dignabitur, ut ad falutarem vitæ normam, quam amplexi fuerant, velut poftliminio reverfi vota fua Domino reddere ftudeant, revocare cupientes, ac fel. rec. Urbani VIII., Clementis X., & Innocentii XII. Romanorum Pontificum Prædecefforum noftorum, qui annis Jubilæi tunc instantibus, feu currentibus ejufmodi Regularium defertorum reductioni providè confulerunt, veftigiis inherentes, autoritate Apoftolica tenore præfentium mifericorditer indulgemus, ac ftatuimus, & decernimus, ut Regulares Apoftatæ, & fugitivi, cujufcumque fint Ordinis, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Congregationis, Societatis, & Inftituti etiam neceffariò exprimendi, qui citra Montes intra quatuor, ultra Montes verò intra octo menses à publicatione eorundem præfentium litterarum inchoandos, fua fponde ad fuam quifque Religionem redierint, tunc poenarum omnium ipfis propter Apoftafiam hujufmodi inflictarum, vel infligendarum remiffionem, atque impunitatem aflequantur; Ita tamen, ut debeant à fuo quifque refpectivè Superiore humiliter petere abfolutionem, & coram eo culpam fateri, atque emendationem polliceri, & viceverfa Superior benignè illos teneatur ab hujufmodi poenis abfolvere, & paterna charitate complecti, cui propterea ad effectum præmiifum duntaxat, quatenus opus fit, omnem facultatem neceffariam dicta autoritate harum ferie impertitur. Non obftantibus præmiifis, nec non Apoftolicis, ac in Univerfalibus, Provincialibusque Conciliis editis generalibus, vel fpecialibus Conftitutionibus, & Ordinationibus, ac quorumvis Ordinum, Congregationum, Societatum, & Inftitutorum, aliifve quibufvis etiam juramento, confirmatione Apoftolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Confuetudinibus, ftylis, & uſibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apoftolicis etiam Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Inftitutis hujufmodi, illorumque Generalibus, & aliis Superioribus, ac perfonis quibuflibet, fub quibufcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibufvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliifque efficacioribus, efficaciffimis, & inſolitis claufulis, irritantibusque, & aliis decretis etiam motu proprio, & de Apoftolice poteftatis plenitudine, ac Conſiftorialiter, & aliis quomodolibet in contrarium præmiiforum in genere, vel in ſpecie conceſſis, & quantifcumque vicibus iteratis, approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, feu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujufmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & infererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inferis habentes, illis aliis in ſuo robore permanſuris, ad præmiiforum effectum hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, ceterifque contrariis quibufcumque. Ut autem eandem præſentes litteræ omnibus facilius innotefcant, Volumus, illarum exempla ad Dilectos Filios

Noſtros, & Apoftolice Sedis Nuncios, ac Venerabiles Fratres Patriarchas, Archiepiſcopos, Epifcopos, alioſque Eccleſiarum Prælatos, & Locorum Ordinarios tranſmitti, qui illas quantociùs publicare ſtudeant: Iſarum verò præſentium litterarum tranſumptis, feu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eandem omnino fidem in Judicio, & extrà illud ubicumque locorum haberi, quæ haberentur ipſis præſentibus ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 4. Aprilis 1725. Pontificatus noſtri Anno Primo.

F. Card. Olivarius.

Anno à Nativitate Domini milleſimo ſeptingentiſimo vigintiſimo quinto, Indiſſione tertia, die vero 12. menſis Aprilis, Pontificatus autem SS. in Chriſto Patris, & D. N. BENEDICTI Divina Providentia Pape XIII. Anno Primo, ſupradictæ Litteræ Apoftolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Baſilicæ Lateranenſis, Principis Apoftolorum, & S. Mariæ Majoris de Urbe, & in Aie Campi Flora, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis per me Franciſcum Bartolottum Apoftolicum Curſorem.

Joannes del Rè Mag. Curſ.

Motus proprius Sanctiſſimi D. N. BENEDICTI PAPA XIII. Pro incluſione Clericorum Civitatis, & Dioceſis Caſenaten. in Collegio Juristarum ejuſdem Civitatis.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuum rei memoriam.

Eccleſiæ Catholice per univerſum Terrarum Orbem longe, lateque diſfuſæ, regimini, inefſabili Divinæ ſapientiæ abundantia præpoſiti, in his, per quæ perſonarum Eccleſiaſticarum honori, & commodis, ac uberiori in bonarum litterarum ſcientia, laudabilibusque diſciplinis, progreſſui opportune conſulitur, Paſtoralis cure noſtræ partes libentè interponimus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Cum itaque, ſicut accepimus, in Univerſitate Studij Generalis Caſenaten., quæ in tota Provincia noſtra Romandiola unica exiſtit, Collegium Juristarum, videnti Doctoribus conſtans, dudum erectum reperitur, ac eidem Collegio fel. rec. Julius PP. II. Prædeceſſor Noſter, per ſuas Litteras die xxiv. Junij MDIV. expeditas, Norarios creandi, & rec. mem. Clemens PP. VII. ſimiliter Prædeceſſor Noſter, per ſuas Litteras die x. Februarij MDXXXIV. emanatas, duos ad id idoneos quotannis ad gradum Doctoratus in utroque Jure, ſervatis ſervandis, promovendi facultatem refpectivè conceſſerint: hæcque facultas à Clemente Prædeceſſore conceſſa, ad alios duos annis ſingulis Doctoratus laurea decorandos, à piæ mem. Paulo PP. V. Prædeceſſore pariter Noſtro, per ſuas die iij. Septembris MDCX. deſuper editas Litteras, ampliata: & omnes gratiæ ſupradictæ à ſimil. rec. Alexandro VII. & Clemente X. Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus quoque Noſtris, per eorum Litteras die iij. Decembris MDCLVII., & die xxvi. Septembris MDCLXXXV. expeditas, cum conceſſione Indulti, non ſolum prædictos quatuor, ſed etiam quofcumque alios idoneos ſimiliter promovendi, per eundem Clementem X. Prædeceſſorem facta, confirmata fuerint: Necnon piæ mem. Paulus PP. II. Prædeceſſor etiam Noſter, per ſuas die xxx. Decembris MDXXXV. conditas Litteras, omnia Statuta, Privilegia, Ordinationes, & Decreta dicto Collegio Juristarum eatenus conceſſa, confirmaverit. Verum Clerus Caſenaten. gravius ſemper tuliffet, ac pluriès conqueſtus fuiffet, quòd ipſe à Collegio ejuſmodi excluderetur, nec

unquam

1725.

unquam obtinere valuerit, ut in eo admitteretur; quinimo anno MDCCXIII. lite adversus Juristas laicos in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Immunitati Ecclesie, & Controversiis Jurisdictionalibus preposita, ad Jurium suorum tuitionem desuper mota, contrariam resolutionem passus fuerit, binis potissimum innixam fundamentis: primo nimirum, quod per Statuta dicti Collegij, à memorato Paulo III. Prædecessore confirmata, personarum Ecclesiasticarum admissio in eodem Collegio prohibebatur: & altero, quod idem Collegium institutum fuerat, ut exinde haberi possent Jurisperiti, ad diversa Officia secularia, cum statu Ecclesiastico incompatibilia, exercenda. Sed sicut postmodum per eundem Clerum animadversum fuit, Statuta prædicta non nisi in forma communi, ut vocant, & cum clausula, *quatenus licita, & honesta, sacrisque Canonibus non contraria, neque contra libertatem Ecclesiasticam existerent*, confirmata fuerint; prout ex ipsius Pauli Prædecessoris Litterarum tenore apparet. Officium autem Prætoris, quem Potestatem ibi appellant, cujus vices, dum eundem Prætozem abesse, vel aliquo impedimento detineri contingit, Prior ejusdem Collegij pro tempore existens gerere solet, quidquid olim fuerit, hodie non amplius præferat potestatem judicandi in Causis Criminalibus, in quibus agitur de poena sanguinis infligenda, quæ personis Ecclesiasticis nusquam congrueret, quemadmodum pro earum exclusione in enarrata lite adductum fuerat; sed Causarum Criminalium hujusmodi cognitio ad Civitatis Cæsatenæ. Gubernatorem, vel S. R. E. Cardinalem in Provincia Romandiola, & Exarchatu Ravennatæ. Apostolicæ Sedis de Latere Legatum, pro tempore existentes privativè nunc spectare dignoscitur. Hinc est, quod Nos, qui ab eo jam tempore, quo in Minoribus constituti, Ecclesie Cæsatenæ. præeramus, ipsius Cleri querimonias Nobis interdum latas desuper audivimus, ipsamque à Collegio prædicto arceri, necnon personas Ecclesiasticas, quas non minore Litterarum scientia, ac doctrina, quam laicos polere decebat, in Universitatibus Sradiorum Generalium Ditionis Ecclesiasticæ deterioris esse conditionis, quam in similibus Universitatibus in Principum secularium Dominij consisten, ubi libenter, passimque admittuntur, indignè ferebamus; ejusdem Cleri Cæsatenæ, quem peculiari paternæ Charitatis semper complexi fuimus, & adhuc complectimur affectu, votis hac in re, quantum cum Domino possumus, annuere, illiusque utilitati, ac decori in præmissis prospicere volentes, *Motu proprio*. & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, harum seriem statuimus, & ordinamus, ut deinceps perpetuis futuris temporibus, prædictum Collegium Juristarum viginti Doctoribus Collegialibus de numero participantibus constare debeat; quorum decem ex Clero, seu Cœtu Ecclesiastico Cæsatenæ. Civitatis, sive Diocesis, sive inde originem ducentes, sive exteri, qui tamèn ibidem domicilium contraxerint, vel Dignitatem, Canonicatum, aliudve Beneficium Ecclesiasticum, vel Officium residentie inibi obtinuerint, & totidem laici qualitatibus, quæ hæcenus requiri consueverunt, præditi existant: ita tamèn, quod omnes Doctores laici, qui de præsentibus in eodem Collegio reperiuntur, in eo remaneant, donec per obitum, cessionem, vel absentiam ad denarium numerum redacti fuerint: omnesque viginti Doctores prædicti tam Ecclesiastici, quam Laici, Collegium Juristarum inter se constituent, & emolumenta ipsi Collegio obvenientia inter se æquis portionibus partiantur. Præterea Venerabilem Fratrem modernum, ac pro tempore existentem Episcopum Cæsatenæ. in Priorem, seu Præidentem ejusdem Collegij, motu,

1725.

scientia, & Potestatis plenitudine paribus tenore præsentium perpetuò similiter facimus, constituimus, & deputamus, Volentes, ac mandantes, ut Collegium prædictum in posterum in Episcopio convocetur, & celebretur, Ecclesiasticis scilicet à dextris, juxta cujusque Dignitatis Ordinem, & laicis Doctoribus à sinistris ipsius Episcopi sedentibus: idem verò Episcopus omnes illas functiones peragat, quæ à Priore laico dicti Collegij huc usque expleri consueverunt: assignando nempe ad Doctoratum promovendis puncta examinis, ac postquam examen ritè, & collegialiter expletum, & promovendi per pluralitatem Suffragiorum Doctorum ibi præsentium, tam Ecclesiasticorum, quam Laicorum, approbati fuerint, Episcopus prædictus, tanquam Caput, ac nomine Collegij prædicti, professionem Fidei Catholicæ, per ipsos promovendos emittendæ, recipiat, deinde illos laurea doctorali insigniat, & ad Doctoratus gradum in utroque Jure promoveat, eisque contactas patentes Litteras, à se subscriptas, suoque, & ejusdem Collegij sigillo munitas, desuper expediat, & relaxet, servato in reliquis, nihilque immutato more, ac ritu in promotionibus ad Doctoratum hujusmodi, per idem Collegiarum hæcenus servari consuetis. Sede autem Episcopali Cæsatenæ. vacante, Vicarius Capitularis ipsius Ecclesie Cæsatenæ. tunc legitime deputatus, ejusdem Episcopi vices in omnibus præmissis gerat, & sustineat. Porro cum Prior laicus supradicti Prætoris absentis, vel impediti, partes supplere antehac consueverit, ut præfertur; quod de cætero Doctor laicus antiquior ejusmodi officio fungatur: sicut etiam secundus in Antianitate, Judicis appellatorum munus exerceat, quatenus usus appellandi ad Doctorem dicti Collegij vigeat: ac tertius Doctor in negocijs aquarum, viarum, & aliarum rerum similibus jus dicendi facultatem habeat, si, & dummodò id alicui Doctori ejusdem Collegij competat; Motu, scientia, & Potestatis plenitudine similibus earumdem tenore præsentium statuimus itidem, & ordinamus. Decernentes easdem præsentibus Litteras, & in eis contenta quacumque, etiam ex eo, quod prædicti Doctores laici, seu alij quilibet in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocari, citari, & audiri, neque Causæ, propter quas præsentibus emanarunt, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque causa, colore, prætextu, & capite etiam in corpore Juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensu, aliove quolibet, etiam formali, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, limitari, aut ad terminos Juris reduci, seu in controversiam vocari, aut adversus illa aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato etiam Motu, scientia, & Potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse: sed ipsas præsentibus Litteras semper, & perpetuò firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit quodcumque, in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari, & illis respectivè plenissime suffragari. Sicque, & non aliter, in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac dictæ S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet, quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate; judicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter,

1725. vel ignorantèr contigerit attentari, Quocirca Venerabili Fratri Hieronymo moderno, ac pro tempore pariter existenti Archiepiscopo Ravennaten., per præfentes Motu pari committimus, & mandamus, quatenus ipse per se, vel alium, seu alios, præfentes Literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte interesse in præmissis habentium, seu alicujus eorum fuerit requisitus, solemniter publicans, illisque in eisdem præmissis efficacis defensionis præsidio assistens, faciat auctoritate nostra illos, & eorum quemlibet præsentium Literarum, & in eis contentorum hujusmodi commodo, & effectu pacificè frui, & gaudere: non permitteus illos desuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitè molestari, perturbari, vel inquietari. Contradiçtores quoslibet, & rebelles, per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo: legitimisque super his habentibus processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstant, Lite, & Cardinalium resolutione supradictis, ac fel. rec. Bonifacij PP. VIII. Prædecessoris etiam Nostri, de una, & Concilij Generalis, de duabus dietis, dammodò ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in Judicium non trahatur, necnon Pauli III. Literis prædictis, & Cancellariæ Apostolicæ regula de Jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis atque quatenus opus sit, Collegij prædicti, aliisque quibuslibet etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinibus, etiam immemorabilibus, Privilegijs quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, eidem Collegio, ejusque personis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatorijs, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis Clausulis, irritantibusque, & alijs Decretis in genere, vel in specie, etiam Motu, scientia, & Potestatis plenitudine similibus, ac Consistorialiter, & alijs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & pluries innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro eorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per Clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis, habentes, illis alijs in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die XI. Aprilis MDCCLXXV. Pontificatus Nostri Anno Primo. *Fr. Card. Oliverius.*

11. April.
1725.

Loco † Sigilli.

Quà decernitur, & mandatur; ut in Italia, eique adjacentibus Insulis, Parochis Defunctorum, qui in Ecclesijs quorumcumque Regularium de cætero tumalabuntur, Quarta Funeralis persolvatur cum alijs ordinationibus, & derogationibus opportunis.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex æqui, bonique supremus Auctor, auctoritatem à Christo per Beatum Petrum Apostolorum culmen sibi traditam intelligens, ut ex Agro Dominico pro temporum necessitate noxia evellat, & destruat, utiliaque plantet, ac ædificet, ea interdum, quæ à Prædecessoribus suis ob rationales, & justas causas olim sancta fuerunt, ubi in

grave aliorum præjudicium, & detrimentum redundare cognoscit, atque diffidijs, & contentionibus fomentum præbere animadvertit, maximè inter Dei, & Ecclesiæ Ministros, quorum est evangelizare pacem, & quibus à Domino non aliud frequentius, neque enixius commendatur, quàm ut pacem, ac unitatem diligant, moderari, & immutare, aliasque Pastoralis Officij sui partes desuper interponere solet, prout rerum, locorum, temporumque circumstantiis, maturè pensatis, discordiarum extinctioni, Ecclesiasticorum Ministrorum quieti, fidelium Animarum salutem, divinoque cultui conspicit salubriter expedire.

Sane quàmplures Romani Pontifices Prædecessores nostri multiplicia, ac planè insignia considerantes merita Ordinum Regularium, qui militantem in terris Ecclesiam fortissimis omni tempore auxerunt præsidijs, Viris nempe vitæ sanctitate, doctrinæ laude, ac Orthodoxæ Religionis zelo præstantibus, eidemque in Cælis triumphanti eximij fulgoris lumina addiderunt, ipsos Ordines, eorumque Professores, plurimis satis amplis indultis, & privilegijs benigne decorarunt, ac inter alia iis illud concesserunt, ut canonicam portionem, seu quartam funeralium emolumentorum partem pro personis, quæ in eorum Ecclesijs sepulturam sibi eligerent, Parochis persolvere minimè tenerentur; ac ad majorem ejusmodi Privilegij firmitatem, sanctionem etiam à fel. rec. Clemente V. Prædecessore nostro editam in Concilio Viennensi, & relate in Clementinâ *Dudum de Sepultur.*, necnon Concilij Tridentini Decreto relato in *cap. 13. sess. de reformat.*, prædictam Quartam Funeralem Parochia aperte reservantibus, non semel amplissimè derogarunt; Unde non acerbè modò Parochorum querelæ, sed innumere etiam contentiones, atque lites inter eos, & Regulares super solutione ejusdem Quartæ diversis temporibus excitatæ fuerunt, quæ coram Ordinarijs Locorum & deinde in variis quoque alia Urbis nostræ Tribunalibus, præsertim vero in Auditorio Palatii nostri Apostoli, & in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium præfati Concilij Tridentini Interpretum magno Partium studio, nec minori sumptuum incommodo discutæ, sicut accepimus, aliquandò ad favorem Parochorum, aliquandò autem ad favorem Regularium, pro diversis Casuum circumstantiis, atque vario Judicantium sensu, decise, ac definitæ fuerunt. Hæc porro Judicatorum, Sententiarumque diversitas, cum nullam certam, ac determinatam constituerit regulam in evenientibus casibus observandam, magnum planè fomentum, & ansam relinquit, imò & latam sternit viam ulterioribus inter prædictos Regulares, & Parochos litibus, & controversijs, ex quibus ipsi, qui in domo Dei ambulare debent cum consensu, novis de cætero perturbari diffidijs, novisque prægravari dispendijs possunt cum Divini Cultus detrimento, & scandalo plurimorum.

Quocirca Nos maximè expedire censentes, ut ejusmodi controversiæ, & lites ab Ecclesia Dei penitus arceantur, ac insuper, licet universos Ordines Regulares, in quibus, nempe in Ordine Fratrum Prædicatorum, Nos ipsi plurium annorum spatio versati sumus, speciali paternæ charitatis affectu prosequamur, eosque, uti de Ecclesia, Catholica Fide, & Sede Apostolica optimè meritis, præcipuo semper in honore, ac pretio, habuerimus, & habeamus, nihilominus considerantes exemptionem à solutione Quartæ Funeralis præfatis Ordinibus à dicta Apostolica Sede concessam modò vergere in maximum Parochorum præjudicium, tum propter multiplicationem Conventuum, & Monasteriorum Regularium, tum etiam propter auctam devotionem, & consuetudinem Fidelium sepulturam eligendi in Ecclesijs prædictorum Regularium; ac proinde non modò consentaneum, sed etiam necessarium arbitramur, ut eorundem Parochorum quibus cæteroque Sacri Canones, & prisca Ecclesiæ disciplina aperte suffragantur, in-

demnitati